



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

VI. Yso, Bischof von Verden, genehmigt einen Gütertausch der Propstei zu
Döhre und Lippold von Döhre, im Jahre 1223.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54934)

omni iure, quod habuimus in iis, sancte Marie in Distorp ad perpetuum usum contulimus. Ne ergo in posterum super his aliqua dubitatio habeatur, vel memoria nostra in hoc facto deleatur, curavimus hanc firmiter conscribi et sigillis nostris communiri. Testes aderant clericus Boldesalus prepositus in Ebbestorpe, Rutegerus sacerdos in Boyzeneburg, Arnoldus sacerdos in villa, Hermannus Canonicus Suerinensis, Christianus Prepositus in Distorp, Laicus Wernerus Comes in Luchowe, Vlricus Comes in Luchowe, Henricus Comes in Luchowe, Waltherus de Boldensele, Bernardus de Berge, Tidericus de Wustrowe, Wipertus de Odendorpe, Bernardus de Suerin, Fridericus de Quiringhe, Leiboldus aduocatus, Helmricus de Todendorp, Alexander de Verfne aliique plures. Acta sunt hec Anno Domini M^o. CC^o. XVII^o. Indict. V. acta ap. Maldesten VI. Idus Jul.

Gerfen's Fragm. 1, 6. Lenz Br. Urk. S. 867.

VI. Yfo, Bischof von Verden, genehmigt einen Gütertausch zwischen der Propstei zu Döhre und Lippold von Döhre, im Jahre 1223.

In nomine sancte et individue trinitatis Yfo, dei gratia Verdenfis ecclesie episcopus, omnibus in perpetuum. Ad notitiam tam futuri quam moderni temporis uniuersorum Christi fidelium volumus pervenire, quod Lippoldus de Dore et frater eius Gerardus in presentia nostra quedam bona in Benthorpe, videlicet decem manforum decimam et eorundem tertium manforum ac dimidii censum ab ecclesia in Dore quibusdam bonis aliis, que a Comitibus de Dannenberge tenebant, rationabiliter commutarunt, in molendino Dore sex quadrantes siliginis et in censu predictae ville Benthorpe XIII. quadrantes siliginis de bona voluntate predictorum Comitum iure perpetuo ecclesie relinquentes hoc pacto, quod predicti XX. Wichempton siliginis ecclesie Dore de molendino et censu predictae ville annuatim priusquam Lippoldus aut sui heredes quicquid inde recipiant persoluentur. Itaque jam dicti nobiles feodum, quod a nobis in bonis Lippoldi habebant, commutationem premissam ratam habentes per omnia, nobis liberaliter resignarunt, et in loco eiusdem bona que prius possidebat ecclesia susceperunt. Cum ergo ex iuncto nobis officio teneamur ac quantum scimus ac possumus velimus indemnitati ecclesiarum omnium providere, commutationem sepedictam ratam habentes, bona que sicut dictum est Lippoldus et frater ipsius G. assignauerunt ecclesie, auctoritate dei omnipotentis sub apostolorum Petri et Pauli banno et nostro comprehendimus speciali, statuentes ut si quis hoc factum irrationabiliter aut violenter irritare presumerit, partem cum Juda traditore ac locum in penis accipiat cum dampnandis. Et ut firmiter obseruetur presentem paginam bulle nostre appensione fecimus communiri. Testes sunt Prepositi Wedekindus de Saltwedele, Syfridus de Walsrode, Geruafius de Ebbekestorpe, Thidericus de Distorp, Dominus Ludolfus de Luchoue, Magister Helmericus de Bardaic, Helmericus, Capellanus, Hogerus de Eckhorft, ciues et

parochiani de Dore et plures alii. Actum anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXIII^o. Datum per manus Thome notarii, regnante Domino Ihesu Christo.

Aus einem Transsumte des Bischofes Ludolph v. J. 1250.

VII. Herzog Otto von Braunschweig vereignet dem Kloster Diesdorf das Dorf Reddigan, im Dezember 1226.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, O. dei gratia Dux de Brunefuic omnibus in perpetuum. Cum omnia que sub tempore geruntur negocia cum ipso tempore defluant et recedant, non incaute confueuerunt homines priuilegiis et testibus suas actiones perhenniter stabilire. Notum igitur facimus tam futuris quam presentibus uniuersis, quod Wernerus de Medinge, fidelis noster, villam Ridegoue vendidit ecclesie in Distorp perpetuo possidendam. Ad quam vendicionem de bono consensu noster animus sic accessit, vt proprietatem eiusdem ville ipsi ecclesie assignaremus et daremus pro nostrorum remedio peccatorum et ut participes simus orationibus et laboribus, quos sanctimoniales ibidem domino incessanter studuerint exhibere. Actum est hoc anno dominice incarnationis M^o. CC^o. XXVI. in mense Decembris, testes sunt Geruafius prepositus in Ebbestorp, Chrachto, Theobaldus, Sigebandus, Thidericus de Monte, Geuehardus, Otto, magistri, Wernerus de Zwerin, Hartmannus et alii quam plures.

Gerfens Dipl. I, 428. 429. Beckmann's Beschreibung V, I, X, Sp. 144.

VIII. Kaufvertrag zwischen den Klöstern Diesdorf und Marienthal über einige Güter in Berkling, Orthorp und Honstede, v. J. 1226, vom Propste Dieterich im Jahre 1230 bekundet.

Theodericus, prepositus in Distorp, Omnibus hoc scriptum inspecturis salutem in uero salutari. Sicut modernorum discreta et laudabilia facta posteris solent beneficiendi materiam exhibere, ita plerumque quicquid sinistri committitur solet fomentum malis esse litigandi. Nos autem uolentes sinistre parti occasionem malignandi amouere, presenti pagina concambii formam, quod inter ecclesiam uallis beate Marie et ecclesiam eiusdem uirginis in Distorp contractum est, cunctis legentibus significamus in hunc modum. Ecclesia beate Marie in Distorp possedit mansos septem cum tribus areis annis XXII. in Berklinge omni proprietatis iure integre conseruato. Sed sperans aliquid commodi sibi exinde prouenire, si prefata bona pro bonis magis sibi contiguis commutaret, contigit concambium cum ecclesia uallis sancte Marie pro mansis XII in Orthorp